Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-556878-p0001-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-556878-p0002-4

40. Theol.

27

Szinnyei II. 2587.

*Jehova Auſpice!*

# SALVE VARALIENSE

HOC EST

Applauſus & Vota

FAUTORUM, FRATRUM,
AMICORUM, VICINORUM,
POPULARIUM, FAMILIARIUM,

Reducem in Patriam.

VIRUM

*Plurimum Reverendum Clariſsimum atq; Nobiliſsimum*

DOMINUM

## M. DANIELEM KLESCHIUM

N. H. P. L. Cæs. hactenus Eccleſiæ Evangelicæ in Lib. & Reg. Civ. S. Georgió Paſtorem, jam legitimè vocatum Eccleſiæ Varalienſis Antiſtem & Scholæ inſpectorem.

FELICITER EXCIPIENTIUM.

Scripta in Scepuſio Superioris Hung: Tractu ſ. Comitatu ad montes Carpaticos Exſcripta.

A. O. R. M. DC. LXV.

VII.

Caſſoviæ excudebat, IOH. DAV. TÜRSCH.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-556878-p0003-0

# Vale Sancto Georgianum
# SALVE VARALIENSI IVNCTVM
## Loco Intermedio fuſum.

In Honorem

*Plurimum Reverendi & Clariſsimimi Viri*

## Dn. M. DANIELIS KLEISCH,

poſteaquam præſervatus à captiuitate Tartarica, ex Eccleſia Szent gyurgiana. in Varalienſem pro Sacrorum Antiſtite legitimè evocaretur.

*Plurimum Reverende & Clariſsime Domine Amice & Frater in Chriſto dilecte.*

Salutem, pacem & felicem curſum laborum à Deo precatus me commendo.

DE felici Itineratione noſtrorum gratulamur acceptumque referimus vitæ & fortunarum Moderatori Domino Deo, qui dignatus eſt preces exaudire noſtras pro peregrinantium incolumitate fuſas. Sit & deinceps propitius populo ſuo, & benedicat conatus ſervorum ſuorum Spiritus S. gratiâ imprægnatos. Nos ſine formidine vix hoſpitari poſſumus in Confiniis hoſtium, circumdati timendâ populorum conſpiratione. Turca barbarus minatur exitium, niſi nos dedamus. Defenſores noſtri Mercenarij, nemini grati, omnibus graves, immiſsi in hæreditatem Patriæ noſtræ, re ipsâ oſtendunt quæ fata expectanda Hungariæ agonizantis. Dormiunt tamen Proceres ſomnum pluſquam Epimenideum, nec Phryges tot plagas ſentire poſſunt. Miſereatur noſtri Dominus, & nos quidem obpectorato animo imminentes probationes ferre jubeat, Regentibus autem det Spiritum fortitudinis & ſapientiæ, ut non quæ ſua, ſed quæ DEI ſunt unicè curent. Verùm hæc omnia curæ ſolius DEI ſunto. De noſtrâ ſorte non

eſt ut

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-556878-p0004-5

eſt ut multis agamus. Vivimus ſub umbone Altiſsimi, ſperantes more ante quoque ſolito. Sufficit nobis hæc gratia, utinam ad finem vitæ continuanda! Interea mei chariſsimi & Clariſſimi Domini Amici intimatio deſiderij ſuum invenit locum. Maluiſſem quidem expeditiori commiſſum fuiſſe id negotij. Verſus enim, verſis ætatum vicibus vix recto pede incedere ſolent. Ver ætatis meæ luſit aliquando Muſis grata, Parnaſſo jam nive obducto, ipſi fontes congelati, venam liquorem gratiarum fundentem perennare non permittunt. Nuper tamen deſvetæ operæ periculum facturus, Euſolli dum requiro vires, deperditas ferè inveni, ut cum Evandro ingeminandum foret: O mihi præteritos referat ſi Jupiter annos. Qualis eram tunc ſcil. quando licuit cum Ruſtico illo gloriari: Et me dixêre Poëtam. Ut ut eſt, magis curæ erat mihi ſatisfacere expectationi mei dilectiſſimi Amici, quàm cunctatione vel excuſatione ſuſpicionem ingrati animi oſtendere. Mitto ergo reliquias, ſed non Sanctorum, verùm micas reſiduas ex penu ditiori Apollinis, bonam partem exhauſti. Proverbio apud nos fertur: Fidicinem ſenio confectum, ſingulis diebus unam melodiam dediſcere & obliviſci. Non mirum ſi in Muſicis, Arithmeticis, Poëſi hæc accidunt. Quæ artes difficulter diſcuntur, facilè amittuntur. Comitto verò emendationem, ſi fortè in quantitate error reperiretur, illi, qui ex profeſſo hanc Artem excoluit, ut Amicus Muſis, laurum condignè invenerit. Epitheta ſi qvæ vel à longè petita, vel non exhaurientia & repræſentantia naturæ indolem inveniuntur, pro ſuâ prudentiâ corrigere poteſt, Judex & Index ab Arte conſtitutus. Effudi magis hos aliquot verſiculos ex tempore, nec ad limam revocare ob acceſſiones & labores concatenatos licuit. Dum verò legiſſem exſcriptos, defectum ipſe intellexi non unum, opera Veſtræ Clarit. reſarciendum. In tertio verſu acinacis nati, viſum eſt à longè petitum eſſe verbum, duramque Metaph. Forſan facti, vel cuſi ſubſtitui poſſet. Sexto verſu. Tartara Crima dubium me reddidit. Quia enim ad manus non ſunt Tabulæ Geographicæ, vel Atlas, Reſidentiam Chami Europæi certo nomine exprimere non potui, quam habet ad littus Mœotidis paludis. Illi qui ex captivitate illius redibant, dicebant ſe z krimu veniſſe. Meæ Tabulæ in arce hærent cum alijs libris. Ideò certius documentum ex ſuis Clar. Dominus Magiſter adferre poteſt, & ſi erratum eſt in nomine Metropolis Tartaricæ, corrigi debet. Reliqua commendantur diligentiæ perfectiorum. Valeat in Domino Vir Plur. Reverendus & faveat Solnâ 4. Mart. Anno. 1665. *Pl. R. & C. D. V. ex aſſe amicus Eli. Ladiv.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-556878-p0005-1

I Thrax: diſpereant Lunatis agmina ſignũ;
Et pharetra; Scythici rumpatur acinacis horror;
In Mortes Miſerum nati; procul ite latrones.
Me niſi cinxiſſet Cæleſtis & enthea Virtus,
Taurinum, vel Buda, pedes jam compede noſtros
Strinxiſſet, fortè effera, barbara, Tartara Crima.
Verbera quot? Squallor, lacryma, ſingultus, egeſtas;
Exantlanda forent Miſero? quæ lerna malorum?
Sentis id, ah gemebunda Cohors, mea viſcera, Fratres!
Aſt aliter viſum Jovæ. de gurgite vaſto
Jam nantem rapuit me dextera mira potentũ,
Et poſuit greſſus in tuto. Numina teſtor:
Pro grege Chriſte tuo, per mille pericula rerum
Extremum volui lubens perferre laborem,
Cum ſociiſq; meis pulchram perrumpere Mortem.
Sed non parca meos potuit violare Penates
Corporis, haudq; datum perfringere fata remota.
Dux meus, & mea lux alios ſervavit in uſus
Quod ſuper eſt Vitæ. Sequor ô bone Chriſte vocantem
Ut Szentgyurgyno cedam, cathedramq; relinquam
Præcipis: En facio: Noſtros modò dirige greſſus.
Sis quoque propitius populo, quem linquo, redempto:
Da noſcat Se, Te, Vitamq;, viamq; Salutis.
Jam jubet, ut veſtris Varalẽnſes advena sacris
Præſim, ſedulus atq; aras, ſuggeſta, capeſſem.
Quid facerem? Mandet quæ vult: mora nulla ſequetur.
Quo Me cunq; vocat cæleſtis curia, curram.
Vox populi conſtans, eſt Jovæ, certa voluntas.
Has ideò Sedes complector, ritè paratus.
Perfice cœpta DEUS; nos indue flamine ſacro.
Semper honos, cultuſq; tuus, laus clara, manebunt.
Gloria ſumma Tibi, populo ſit Vita, Saluſq;:
Gratia juſtitiæ noſtriſq; perennet in oris.
Adveniat pax alma, Soloq; Poloq; dicata,
Suave melos famuli longum referemus in ævum.

DANE

# DANIEL.

ἀναγρ.

## LÆDIN' DA LENI: NIL DEA.

επίγρ.

*Læſiſſes Patriam*, ſi non ad vota migraſſes
GEORGIO VARALLIUM:
LÆDIN' nunc aliquem? Livorem forſan obliquum
Tua quem ferit Præſentia.
Non torquere malo hoc; DA LENI Flamine Vires
Dictamini Patientia.
NIL DEA, Fax Zoili, ſtygiis infecta Venenis
Nocet, Iehova cui favet.
Fungere, mi Frater, divino Munere, ſollers
Solare & inſtrue & argue:
*Sic lædes Satanam, Patriæ aſt Synodisque Deoque*
*Fœnus peramplum conferes.*

---

# DANIEL.

## Litherker

Ei/ Land! Lad ein. An Leid
Erhellet
Madrigaliſch: (α)

I.

EJ/ Land! Ei/ Vaterland/ was denckſtu doch?
Du biſt mit Feinden gantz umbgeben/
Vnd haſt das ſchwere Joch
So mancher Angſt nicht abgeleget noch;
Es ſieht wer ſehen kan/ nichts als Gefahr/
Wir können leichte Gütter/ Leib und Leben/

Vnd / was noch werther iſt / ACH! GOttes Wort
An dieſem edlen Ort
Verliehren und verſchertzen gantz und gar:
Vnd du / du neideſt die dich lehren /
Vnd ſolcher Straffe wehren.

(α) *Quod Italianis* MADRIGALE *hoc Græcis* ἐπίμικτον *& La-*
*tinis* VAGVM *eſt, quale* HENISIVS ERMEGARDI *ſuæ fecit, ut*
CASPAR ZIEGLERVS *meminit.* GERMANIS *in imitatione ube-*
*rior Licentia conceſſa, quorum prolixior eſt Lingua.*

II.

Wer ſagte: die KIRCHEN werden ja beſtellet /
Die STÜHLE / wenn man predigt / ſind nicht lehr /
Die GEISTLICHEN bekommen ihren Lohn /
Was mangelt denn noch mehr:
O HEUCHLER! die nimmer GOTT gefället!
Ein lauer Dunſt iſt eüer Chriſtenthumb /
Der Schein ohn Krafft ein bloſſer Ruhm;
Ihr kocht euch ſelbſt behägliche Gerüchte /
Vnd ſolcher Welt-Witz macht das Werck zu nichte /
Die WAHL geſchicht nach Freündſchafft und nach Gunſt /
Verachtet wird die Kunſt /
Vnd die / ſo Kunſt in Kopffe hegen /
Den ZENDEN liefert man aus Zwang /
Der Mißgunſt folgt den vollen Wägen /
Mit STRAFFEN würckt man ſchlechten Danck:
O! Vaterland! du neideſt die dich lehren
Vnd mancher Straffe wehren!

III.

Daß KIRCHDRAVFF vielen gehe für /
Als eine ſonderbahre LANDES-ZIER /
Wil ich dem andern zum verdruß
Nicht machen ſelbſt den Schluß;
Doch muß man es geſtehen /
Daß es mit GVTTHAT / EHR und Leib
Auß Göttlichen Getrieb

Den

Den GEJSTLJCHEN entgegen weiß zu gehen/
Vnd jez auff ORDENTLJCHE WAHL bedacht
Ein LAND-KJND nicht veracht.
So wird auch anderen gezeigt/
Wie den Gelahrten mann ſoll ſein geneigt/
Vnd nicht beneiden die da lehren/
Wil man den Plagen wehren.

IV.

Mein Bruder/ dich hat GOTT von oben
Dem REJFFEN WAHL-Schluß vorgeſchoben/
Er hat dich endlich nach ſo langer Zeit
Auch wieder allen Neid
So wunderlich JNS VATERLAND gebracht:
Jch kan dir mein Hertz brüderlich behagen
In dieſer Enge nicht fürtragen
Nur wündſch ich/ DAS DJRS/ GEHE WOHL!
LAD' EJN/ wie Chriſtus Diener ſoll
Zum Abendmahl des LAMBS die Gäſte/
Bewirthe ſie in deinen Ambt auffs beſte.
Solt es ANLEJD nicht fehlen/
Wer will ſich denn zu Tode qvählen
Weils unſer zuſtan alſo will/
Es wird dir aber alles LEJD zum Spiel/
Wenn KJRCHDRAVF/ nach dem alten Ruhm/
Wird jhren Lehrer ehren/
So wird GOTT mancher Plagen wehren!

---

Mantiſſa

DANIEL; CHRISTOPHORVS.

αναγρ. eliſ. aſpir. h.

SPLENDORI SVO CHARI.

'εξαιγρ:

Non

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-556878-p0009-7

NOn *Noſmet* laudo: *charorum* ſpontè Decori
*Splendorique ſuo* Pegaſus albus erit.

*Quod Frater Fratri teſtatur.*

Chriſtophorus Kleſch Eccl. Georg. M.
Paſtor. & p. t. Colleg. 24. Reg. Paſt.
Con S. & Notarius ind.

---

GRatulor egregium, ceu noſter poſtulat uſus,
Accepit quòd nunc Patria noſtra Virum.
Imò quem dederat repetit, ſic fert divina voluntas,
O nos Felices! Patria noſtra ſuum.
Imples ſpem noſtram ſatis, ô chariſsime KLESCHI!
Vive, brabeja Tibi Patria noſtra dabit.

*Ita cordicitus voveo*

M. ANDR. GÜNTHER. DEO.

---

VIneam Chriſtus Dominus ſacratam
Ut colat, Fratrum mediante vòce,
Lætus extrudit, vocat & Fideles ipſe Miniſtros:
Exteris, inter lituos, Sacriſſas
Et truces, KLÖSCHI *Venerande Myſta*
Hactenus puri bona ſeminaſti ſemina verbi
Te Solum poſt hæc revocat paternum.
Jam redis, SALVE! geminabo SALVE!
Optime factum! pia ſic capeſſis juſſa Vocantis.
Sis pius vates DANIEL LEONES
INTER infeſtos medius! vireſcat
Atque VINETUM placide! ſequentur digna brabéa.

*Hac pauca Clariſſimo ſuo Domino Affinî*
*φιλιας ἕνεκα l. m. q. deproperabat.*

JOH. GEORG. LANGSFELD ſecund Conc. Germ. Iglov.

---

DA / als (a) *Ambroſium* zum Biſchoff wird erhoben
Sing Meyland herzlich an den höchſten Gott zu loben /

Und

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-556878-p0010-9

Vnd auch der Käyſer ſelbſt/ daß ſo ein tapfers Haupt/
Der Kirch ward vorgeſtellt/ des ſie vor war beraubt.
Kirchdrauff im gleichen thät/ da jhm ein träuer Lehrer
Nun wieder iſt verehrt von Gott dem Secten wehrer/
Vnd preiſet Gott den Herrn/ daß Er ſo wolgethan
An jhnen/ und geſchenckt ſo einen werthen Mann.
Jch geb mich auch dazu und rühme gleicher Maſſen
Des Himmel Güttigkeit/ daß deine Kirchen Straſſen
Nicht wüſte liegen noch/ O Kirchdrauff/ edler Grund!
Vnd daß man hört in dir was außſprach Gottes Mund.
(α) vid. Theodoret. l. 4. c. 7. Hiſt. Eccleſ. & Sozom. l. 6. c. 24. Hiſt. Eccleſ.
Du höreſt Moſen noch/ du höreſt die Propheten/
Vnd der Apoſtel Lehr/ daraus gedult in Nöthen
Vnd Hoffnung wird geſchöpfft; daraus der Chriſten Heer
Den Glauben faſſen kan/ und andre Sache mehr.
Nun ſolches ädle Ding und Wohlfart deiner Seelen
Wünſch ich dir ferner noch; Gott laß dir nimmer fehlen
An Himmels Weiſern nicht; Er laß in deinen Ohr'n
Erſchall'n die Stim vom Troſt und auch von ſeinen Zorn.
Er rüſt aus ſonderlich den neuerwählten Hirten/
Daß der im jenes Macht mög ſeine Lenden gürten
Vnd kämpfen ritterlich/ und die Religion
Vertheidigen ſo uns ſelbſt vorſchrieb Gottes Sohn!
Gott laß jhn einen Sieg erhalten nach den andern *Pſ. 84. 8.*
Auff daß der Sathan mög gantz überwunden wandern
Dem finſtern Peinloch zu/ und endlich für dem Trohn
Der groſſen Herzligkeit/ ſetz' Er jhm auff die Kron!

Alſo wünſchet von Hertzen
*Adamus Popradius* Prädiger zur Beel.

---

*Sedulitas peperit Tibi Klöschi Præmia tanta,*
*Ceperis ut Laurum, Clarum Titulumque Magiſtri.*
*Hinc Tibi Sempronij commiſſum jam fuit Antrum*
*Ludi, in quo ſerpunt noctuque diuque labores.*

*Majores Tibi ſed multò jam Chriſtus honores*
*Exhibet, atque ſimul dat Præmia digna laborum;*
*Dum Tibi Varaliĳ traduntur Sceptra Sacrata*
*Suggeſtus Cœli Domino ſic corda regente.*
*Gratulor ergo Tibi Klöſchi Præclare Magiſter,*
*Atq; precor ſervet ſanum Te Chriſtus Ieſus*
*Ut teneas Cathedræ multos Pia Fulcra per Annos,*
*Et multas animas Domino lucreris in Orbe:*
*Ac ſic poſt vitam hanc & tædia multa laborum*
*Portio certa Poli rutili maneat Tibi, Fiat!*
*Varalienſes nunc mecum quoq; dicite Fiat!*

multæ o. g.

Eximio C: nec non Plur. R. D. M.
Danieli Klöſchio. Ex animo gratulabundus
fudit Joannes Schalackius. C. S. in Igl.

---

Qui regit imperio pupulos, & legibus Orbem,
Paſtores donis mittit & auget ope.
Sic non fortè capis nova Munia, Clare Magiſter,
Gratia dia Tibi cœlitus ipſa dedit.
Varraliæ noſtræ ſuffragia *Spreta* Senatûs
In te etiam flexit provida cura DEI.
Dignus es *ante alium* ſacro iſthoc Munere, Virtus
Hoc meret, hoc ſummæ poſcit & Artis honos.
Enthea virtutis Tibi Leucoris auxit honores,
Dum dedit abſenti Sceptra Magiſterij.
Jucundas Patriæ hinc pariter dum tendis in oras,
Praga tuum Lauru cinxit amœna caput.
Contulit arma ſimul CÆSAR mitisſimus IPSE
Nobilia, & Vatem Te probat eſſe ſuum.
Non auri, virtus hos ſed tulit Artis Honores,
Et ſtudium Sanctâ cum PIETATE tuum.
Quippe, tuo Sacræ Cathedræ inflammantur amore,
Dum populum paſcis Nectare & Ambroſia.
Verba Periclæo dum promis ab ore lepore,
Flectere queîs dextrè Saxea corda potes.

Hasque

Haſque Tuas dotes Terra Hungaro tota celebrat,
Atque Viris doctis undique in ore ſedes.
Emicat ex oculis PIETAS, Sapientia, Candor,
Conſilium prudens, judiciumque ſagax.
Dignus es *ante alium* idcirco iſthoc Munere ſacro,
In quo te ſtatuit provida cura DEI.
Fata ſecutus ades: Patriis hinc cernimus oris
Gratandi ſtudio cuncta flagrare tibi.
Nunc Schola lætatur fidelem nacta Magiſtrum,
Et paſſim gaudent, Curia, Templa, Domus:
O nimium felix, ô fortunata Varallîa,
Nacta hunc eximium Numine dante Virum!
Tu verò noſtri *Columen* Templi atque Lycéi,
Munere macte novo; pectore macte tuo.
Præclaris famam Tu porro extendere factis
Perge, vige ante homines, gratus & ante DEUM.
Sic Te poſteritas ad Cœlum carmine tollet,
Ut Tua perpetua numina laude ſonent.
Officium verò hoc tantâ ut cum Laude miniſtres,
Efficiat ſummus, fortis & ipſe DEUS.

*Singularis obſervantiæ teſtandæ gratia gratulabundus Fautorem veteranum ſuum, nunc verò Paſtorem & ſusceptorem ita excipiebat*
Valentinus Perack Capron. Pannonius Scholæ Varal. ſecundùm Rector.

---

EVge decus Patriæ Salve, doctæque Camænæ,
Nec non Pannonici gloria magna Soli,
Vota propinquorũ, queîs proſpera quæq; præcantur,
Et mihi jam ſvadent fundere vota Tibi.
Hæc nam promeruit Virtus Tua in orbe coruſcans,
Quæ lætos modulos nunc numerare jubet.
Gaudeo quapropter ſummi quod verba Parentis,
In patriis valeas ritè docere focis:

Gaudeo quodquè novò rurſus cumularis honore,
Quodque viget famæ fama benigna Tuæ.
Ergo Deus Tua facta regat, Tua cœpta ſecundet,
Protegat atque novi muneris acta juvet!

*L. M. q.*

*Hoc voto proſequitur Cl. Virum Dn. M.*
*Danielem Klöſchium Elias Langius*
*p. t. Schol. Igl. Rector.*

---

Mit was vor ſchweren Muth muß doch ſein auß gegangen
Auß ſeinem Vaterland der fromme Abraham
Da Er von GOtt dem Herrn hievon Befehl bekam/
Wie wird Jhm haben doch ſein Hertz zurück gehangen!
Denn/ iſt nicht das bekant: wie man ſo trefflich liebet
Das Land unſrer Gebuhrt; und unſrer Aeltern Stad
Die unß auß Mutterleib zu erſt bekommen hat:
Vnd die unß auff der Erd die erſte Mahlzeit giebet:
Wie nun das ſchmertzlich fällt/ wañ mañ darauß muß weichen:
So iſts erfreulich ſehr/ wann man zurükke kommt
Vnd wiederumb darein verſetzt wird auß der Frembd
Das iſt ein Freüd/ die nicht mit einer Leicht zugleichen!
Weil nun auch Er ein Zeit/ Herr Pfar-Herr muſte leben
Außwerts deß Vatterland, nun aber GOTTES HAND
Jhn wieder hergebracht in unſer Ziepſer-Land
So mein Jch daß auch Jhm ſolch Ding muß Freüde geben.
Vnd wir erfreün ſich auch daß wir mit unſren Leuthen
Allhie den Gottes Dienſt und andre Aempter mehr
Beſtellen können wohl. Nu! Er ſey in der Lehr
Behertzt und unverzagt. Gott wird Jhm ſtehn zur Seiten.
Er ſtraffe durch die Banck ohn Achtung der Perſonen/
Er gieſſe Laug und Oehl; und kehre Sich nicht dran
Was Herr *Prudentius* manchmal nachreden kan
Gott wird jhm wohnen bey/ und ſeinen Ernſt belohnen.

Gott

Gott aber der zur Ernd viel treüe Helffer ſendet
Der ſegne ſeine Werck/ auff daß durch Jhn die Erd
Gegründet/ und dazu gepflantzt der Himmel werd
Vnd alſo ſeine Müh allwohl werd angewendet!

Hæc ſincero affectu
Iohannes Popradius.

---

BJßhero hat Herr Kleſch durch ſeine teure Gaben
In Nieder Vngerland Schuel. Kirchen hoch erhaben.
Jetzt führt der Höchſte Gott Jhn in ſein Vaterland/
Damit Er auch daſelbſt erhebe ſeine Hand.
Ob zwar die Weißheit ſelbſt geſprochen die Propheten
Sind gantz unangenehm/ in jhren Land und Städten;
Dir ſolls nicht alſo gehn/ dann dein Verſtand und Kunſt
Mit der dich Gott begabt iſt würdig aller Gunſt.
Zu KJRCHDRAVFF ſolleſt du die Heerde Chriſti weiden
Was Er der Kirch verheiſt/ drauff baweſt du mit Freüden
Gott ſegne dich daſelbſt/ dein' Arbeit/ Müh und Fleiß
Gereich zu vieler Heil/ zu Gottes Ehr und Preiß.

Caſpar Söldner.

---

Magiſter DANIEL KLESCHIUS Iglovienſis
Poëta Laureatus Paſtor Varalienſis.
ἀνάγραμμα. K. in C. mutato.

HEus! vi doctrina Clariſſimus es; bone nulli
Ignota, Fautor. Pergas præ alijs Tua ſurget
Laus, in ſuggeſtoque ſona, ſtans, voce ſonorâ.
Sic ad notitiam veniat quò plurima turba
Veram, te Doctore Dei ſacra Regna regentis
Et tecum poſt mortem æterna βραβεῖα reportet.

---

WEr hät/ Her. Klöſch/ gedacht/ ſag ich vor etlich
daß eüch/ in dieſe jahr/ dieß ſolte wiederfahre/ Jahren/
Was Euch jezt wiederfährt: von unſrem Ziepſer-Land
Habt Jhr ja weit gelebt/ wie jedem iſt bekand.
Das

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-556878-p0015-6
DFG

Das Oedenburg hat Euch ſo ſteiff und feſt gehalten
Daß man vermeinet hat / jhr werdet da veralten
Sampt ewrem gantzen Hauß. Das Güntz hat aber Eůch
Von dannen auß geführt / und macht Eůch ſolchen gleich
Die Gotts Diener ſind. Drauff hat man Eůch gebunden
Zur Sanct Geörger Kirch / weil ſie euch vor gefunden
Gelehrt getreu und auch mit andern Tugenden
Gezieret. Alles dieß geſchach an ſolchen Enden /
Da unſer Schne-Gebürg nicht viel Bekandte findet.
Wie iſts denn! daß man Euch von jenen Volck entbindet
So Eůch bißhero hat nach euer Kunſt ernehrt?
Wie iſts? daß jhr das Volck allhier ſchon fleiſſig lehrt?
Deß Höchſten Thun iſt das: Er hat Eůch auß ſtapſſieret
Mit ſolcher Lehre / ſo von weiten war geſpüret /
Daß ſie nicht einem Land / ja auch nicht einer Stad
Viel Nutzen ſchaffen kann; ſie machts / daß man eůch hat
Mit einem Lorber Krantz / der Kunſt nach / långſt gekröhnet /
Daß auch das Vaterland / ſich hat nach Eůch geſehnet /
Drumb wehlt ſie Eůch / daß Jhr derſelben dienen wolt
Zu Kirchdrauff / da Eůch ſehr das gantze Volck iſt holt
So aber ſolche ſind / die Eůch dieß nicht gegönnet /
Dieſelben ſonderlich / ſo kåmen ſelbſt gerennet
Dahin / wo man an ſie faſt niemahls hat gedacht
Und die ſo ſolchen Orth und andre vor veracht
Nicht laſt eůch wundern. Deñ kein Menſch iſt jehmals komen
Zu einem hohen Ampt / da man nicht håt vernommen
Der Leůte Schwåtzerey / mit welcher Sie den Mann
Begleiten in das Ampt / der was verſteht und kann.
Jch laß auch ſolche ſein. Weil mir nichts ſchon gebühret /
Daß ich eůch das Geleit / ſo Gottes Finger führet
Zu euren Ampte wünſch / weil Jhr mein Gönner ſeyd
Geweſen allezeit / habt auch mich dort erfreut
Da ich ein Frembdling war / und hatte kein Bekandten
Gott ſegne Eůch nun dort auch eure an Verwandten

Auff

Auff daß Ihr möcht das Wort / ſo Ihr bißher gelehrt
Getroſt fort predigen / das ſo das Reich vermehrt
Möcht werden / welches Gott / von anfang her erwehlet
Gott wird an jenem Tag da euer Leib entſeelet
Wird werden / eurem Geiſt beſcheren Freud und Ruh
Und ſchaffen / daß Ihr nie die Zeit werd bringen zu.

Auß einen danckbahren Gemüthe ſetzte dieſes auff
*Johannes Gallickius Cant. in Iglov.*

---

EXpectate venis multùm venerande Magiſter
Jam tandem; populum rite docere DEI?
Salve! Mecœnas ſalve! Tibi gratulor atque
Apprecor omnipotens Te regat ipſe DEUS.
Fac, ſpargas veræ pia ſemina relligionis,
Et fructus videas inque ſolo, inque Polo.

*Honoris ergo fudit Matthias Keberling Montvallen. h. t. Collega Scholæ Varalienſis.*

---

## Mitleidendes Troſt-Gedicht

Uber den Hochbetriebten aber doch ſeeligen Hintrit auß dieſer bedrengten Welt der beyden Edlen jungen (wohlerzogenen) Kinderlein.

GREGORII DANIELIS KLESCH
vier-Jähriges Söhnleins und
ANNÆ JUDITHÆ gebohrnen KLESCHIN
Anderthalb Jähriges Töchterlein

Denen Hochbetriebten Eltern zu ſonderlichen Troſt und Mitleiden hänget dieß an aus Kindlichen Gehorſam.

GAr ſchön kan ich den Menſch zur Mäyens-Zeit vergleichen
Der ſchönen Tulipan der der muß alles weichen
Den gleich wie dieſe ſteht ſie blüeth in höchſter Flor
Und zeigt den ſchönen Glantz den andern Blumen vor
Ihr lieblicher Geruch ihr Schönheit über allen
Erfreüt deß Menſchen Hertz macht groſſes Wohlgefallen

Er

Eß blöſet Sie offt an der Linde Sud-Weſt-Wind
Wird hin und her gebeigt beweget ſich geſchwind
Schnell kombt der ſtarcke Nord gar unverhofft gebrauſet
Vber das wüſte Feld pfeifft/ brummet/ heület/ ſauſet
Er reiſt die Tulipan mit Vngeſtim vom Stock
Jhr Blüethe werden welck; Nimt an ein trauer Rock
Ein Blum kan ich gar wohl die zwey be-Erde nennen
Die da der grauſam Tod Ach! ach! jhr werd s bekennen
Jhr hochbetriebten Jhr/ von jhrer Blüth reiſt ab
Wirfft Sie zu Kirchdrauff hin inß kühle ruhe Grab
Es macht ein groſſe Luſt den Eltern in vier Jahren
Das fromme Söhnchen das/ viel Kranckheit hats erfahren
Bald in der erſten Blüeth muſt Er viel Angſt außſteh'n
Hat doch den knochē-Mañ gleichwol nicht kön n entgeh n.
Ein Luſt und Freüde machts nicht voll von zweyen Jahren
Anna Juditha auch muß ziehen zu den Schaaren
Sie grünt im Sommer ſchön Sie blüeth ein kurtze Zeit
Dran Eltern/ Freunde Welt hatt' jhr Ergötzligkeit.
Doch iſt gar wohl geſcheh n wie die Schriefft hiervon ſaget
Was Gott thut iſt gar wohl gethan drumb nicht verzaget
Jhr frommen Eltern Jhr: Nemt Euch in Creütz gedult
Sie leb n in ſtetter Ruh gnüſſ n Gottes Gunſt und Huld.
Jhr Seele iſt mit Freüd vom Engeln auff genommen
Vnd der der droben wohnt/ empfing Sie mit Wilkommen
Nimbt Sie ins Himmels-Schloß ſind da in gutter Still
Sie warten Euer dort wie wo und wann Gott wil.

Nun waß nutzet übrigs klage
Gott muß man jtzt haltē ſtill
Alles Trauren weh und Zagen
Fahren laſſen. Wie Er will
Alles muß es doch ergeh n
ob wirs gleich nit gerne ſehn

Denn jetzund iſt ja gehemmet
Alle Sorg und Traurigkeit
Die bißher jhr Hertz beklem̄et
Wiſſen nichts von hertzleid
Leben jetzt in Freüden-Saal
wir noch hier im Jam̄erthal.

Clemens Lauff Bartphenſ.

ENDE.

Ung. VI 6

ULB Halle 3
005 905 370

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-556878-p0019-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-556878-p0020-4

*…va Auſpice!*

# …ARALIENSE

…c EST

…ſus & Vota

FRATRUM,

VICINORUM,

… FAMILIARIUM,

…m) in Patriam.

…RVM

*…o Clariſsimum atq; Nobiliſsimum*

…MINVM

## …M KLESCHIVM

…ctenus Eccleſiæ Evange-
…v. S. Georgió Paſtorem, jam
…ccleſiæ Varalienſis Anti-
…holæ inſpectorem.

…EXCIPIENTIUM.

…uperioris Hung: Tractu ſ.
…montes Carpaticos
…ſcripta.

… M. DC. LXV.

…, IOH. DAV. TÜRSCH.

27
… II 2587.
VII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-556878-p0021-0